

Jacobus Thyrgilli,⁶ a canon of Växjö, once tried to mediate between two persons, Björn and the tailor Peter, involved in a fight at an inn, since Björn had hit the serving girl, who had refused to serve him because of his drunkenness. In anger Björn tried to kill the mediating Jacobus with a sword. Jacobus tried to flee, but when Björn continued his attacks, he happened to hit him on the head with a stick in self-defence, and Peter wounded him in the throat with a lance. Björn then fell to the ground and died. The cardinal penitentiary, Jordanus, bishop of Albano,⁷ refers the case to the bishop of Växjö⁸ for further examination and injunction of penance. If all the facts are correct, the bishop may give Jacobus dispensation and full absolution.

Venerabili in Christo patri episcopo Wexionensi vel eius vicario in
 spiritualibus Iordanus miseratione divina episcopus Albanensis salutem
 et sinceram in Domino caritatem. Sua nobis Iacobus Thyrgilli presbyter
 canonicus ecclesie vestre Wexionensis lator presentium petitione
 5 monstravit, quod, cum olim inter quendam Beronem et quendam
 Petrum sartorem laycos vestre dyocesis ex eo rancoris et dissensionis
 materie suborte fuissent, quod idem Bero tunc ebrietate laborans
 quandam mulierem tabernariam in vestra civitate morantem pro eo,
 quod potum sibi ministrare recusaverat, verberavit, et exponens ipse
 10 dubitans, ne predicti Petrus et Bero de verbis ad verbera verisimiliter
 pervenirent, cupiens inter ipsos bonum pacis et concordie seminare ad
 eos pervenisset, idem Bero ira magis effervens cum quodam gladio,
 quem manu tenebat, dictum Iacobum interficere <cona>batur, unde
 idem Iacobus querens manus ipsius Beronis effugere fugam arripuit
 15 retroce<dens>. Et cum vidisset ipsum Beronem eum fortiter insequen-
 tem, cum quodam baculo, quem manu gest<aba>t, vim vi repellendo
 satagens de ipsius Beronis manibus se redimere ipsum in cap<ite> –
 ipsius testa capitis non confracta – aliquantulum verberavit. Et ipso sic
 contra eundem Ber<onem> se defendente prefatus Petrus ad ipsos sic
 20 rixantes accedens dictum Ber<onem> in collo cum quadam lancea
 graviter vulneravit, propter quod Bero predictus tamquam <vir>ibus

C 578
 (UUB) fol.
 270r

4,2 salutem et + litt. sl ante corr. cod. | 3 Sua] ssua ante corr. cod. | 12 ira ut vid.; vix leg. propter detrimentum cod. | 13 conabatur] cona- supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 15 retrocedens] -dens supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 16 gestabat] -aba-supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 17 capite] -ite supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 19 Beronem] -onem supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 20 Beronem] -onem supplevi; non leg. propter detrimentum cod. | 21 viribus] vir- supplevi; non leg. propter detrimentum cod.

5. Also edited in RISBERG 2006; for cod. C 578 in UUB, see MHUU 6, pp. 54–58.

6. On Jacobus Thyrgilli (Starlung), see VSH 8, p. 287.

7. Jordanus de Ursinis.

8. For the Swedish bishops, see Appendix 2.

destitutus in terram decidens infra breve tempus exspiravit. Cum autem
 dictus exponens animo discordantes ipsos concordandi et huiusmodi
 dissensionem – quantum in eo fuerat – submovendi voluntate propria
 ad hoc per neutram partem incitatus vel vocatus venerit dans operam 25
 270v
 rei licite et aliter in mortem ipsius / Beronis quam ut prefertur culpa-
 bilis non existit, quin ymo de morte ipsius doluerit prout dolet de
 presenti et ex magne devotionis fervore cupiat in omnibus suis or-
 dinibus Domino perpetuo famulari, supplicavit humiliter sibi super hiis
 per sedem apostolicam de oportuno remedio misericorditer provideri. 30
 Nos igitur ipsum Iacobum in suo laudabili proposito – quantum cum
 Deo possumus – confovere sueque saluti anime providere volentes
 auctoritate domini pape, cuius penitentiariae curam regimus, et de eius
 speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto eundem
 Iacobum ab huiusmodi homicidii reatu ad vos mittimus absolutum 35
 introitu ecclesie sibi restituto circumspectioni vestre auctoritate et
 mandato committentes eisdem, quatenus, si est ita, super quibus
 vestram conscientiam oneramus, iniuncta inde sibi pro modo culpe
 penitentia salutari super irregularitate et inhabilitate et infamie macula
 ex premissis contractis alio sibi non obstante canonico misericorditer 40
 dispensetis cum eodem easque circa eum penitus aboleatis. Datum
 Bononie iiii Ydus Iulii, pontificatus domini Iohannis <xxiii> anno
 quinto.

4,24 in *ex litt.* io (*cum sign. abbr.*) *corr. cod.* | 33 regimus] gerimus *expectes*; *cfr e.g. n.*
 5,4. | 34 vive *ex vice corr. cod.* | 42 xxiii *supplevi*; *non leg. propter detrimentum cod.*